



Eminentissimi Ac Reverendissimi Domini, D. Joannis Baptistæ, Cardinalis De Luca, Theatrum Veritatis Et Justitiæ, Sive Decisivi Discursus

Ad Veritatem Editi In Forensibus Controversiis, Canonicis & Civilibus, in quibus in Urbe Advocatus, pro una partium scripsit, vel Consultus respondit ; Cum Indicibus Argumentorum, Causarum ac Rerum luculentissimis. Opus Tam Judicibus, Quam Causarum Patronis, atque omnibus in utroque Foro ...

De Legatis, De Successionibus Ab Intestato, De Renvnciationibus

Luca, Giovanni Battista de

Coloniae Agrippinae, 1690

Dsic. XXII. Romana Legati. De legato annuæ præstationis relicto ei, qui in eodem testamento deputatus sit tutor filiorum testatoris, an, & quando cesset ob tutelam recusatam, vel aliàs cessatam, ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74076](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74076)

est ; Attamen contrarium in hac facti specie dixi verius per textum expreffum in l. fundi Tribationi ff. de usu, & usufruct. legat. cum concordantibus, de quibus sub titulo de servit. disc. 65., ubi de conclusione, quod per legatum usufructus, vel habitationis, non impeditur haeres dominus proprietatis illam vendere.

Clarius autem in hac facti specie, dū agebatur de officijs vacabilibus periculo vacationis subjectis, cum perpetuo praedictio hereditatis, ac successorum, stante perpetuo, ac successivo fideicommissio ordinato per eundem testatorem, & cuius verisimili voluntati id aduersari videtur, ac etiam ex axiomate, ut quod uni non nocet, & alteri prodest &c.

Hæc respondebam ut mihi vera viderentur in puncto juris ; Laudabam verò magis prudentialia temperamenta inter fratres benevolos congrua, ut sequutum fuit.

ROMANA LEGATI

PRO

ANNA DE GVARDIA

CVM

PETRO DE LVPIIS.

Casus disputatus coram A. C. postea concordatus.

De legato annuae praestationis relicto ei, qui in eodem testamento deputatus est tutor filiorum testatoris, an, & quando cesset ob tutelam recusatam, vel alias cessatam tanquam ipsius correspectivum, necne.

SVM MARIVM.

- 1 Aeti series.
2 An legatum factum tutori cesset ob cessatam tutelam, datur distinctio.
3 Quod indistincti cesset, neque dicitur distinctio inter.
4 Quando haec secunda opinio procedat.
5 Quod ista sit questio voluntatis, & facti, & quomodo decideri debeat.
6 Ut in dubio praesumptio stet pro cessatione legati.
7 De circumstantijs facti pro ademptione, vel e contra.
8 De eodem.
9 De alio casu controversia super eodem puncto.
10 Transitus ad secunda vota non est causa ademptionis legati, sed bene iuratum cum disertione tutela.

DISC. XXII.



De Guardia, Annæ filix in pupillari ætate existenti, in testamento tutorem, & pro tempore curatorem deputavit Petrum, cui cum expressione amoris, & benevolentiae, ac etiam in remunerationem incommodi, & laboris, ac alias omni meliori modo, reliquit annua scuta 20. ; Cumque ante obitum idem testator dictam filiam nu-

ptui tradidisset, atque in apoca dotali declarasset, quod eam eximerebatur tutore, vel curatore in re-administrationem in sponsum, ac respectu pro tempore virum; Hinc propterea, sequuta morte testatoris, orta est controversia inter dictos Annam & Petrum, super dicti annui legati praestatione, quam hares cessatam esse dicebat, ob cessationem legatibus tantum causâ Patronis hinc inde, proinde decretum relaxationis mandati pro prima annuitate ad favorem Patri, ideoque iuxta frequentem consuetudinem Curiae in hoc Tribunali A. C. quae Iudicibus primæ instantiae, assumendi Advocatum post causam jam vulneratam, ad Annæ defensionem evocatus fuit; Et quamvis iustitiam obcedenda pro haerede more Advocatorum nimirum agerata fuissent; Nihilominus cum causa non fore integra, atque ageretur de puncto conscientiae, quo nimirum operatur arbitrium Iudicis, curae etiam meam benevolentiam Petrus septem annis habebat, idcirco eum à decreto remotionis potuerunt, atque me etiam eoque concordia controversiam terminavit.

In unica igitur disputatione habita, Disertissimus scribens pro haerede, quod in hoc puncto, an tutor, cui legatum relictum est à testatore, qui eandem tutorem, vel curatorem ejus filiorum deputatus, illud assequatur cessata tutela, vel curae administratione, duas habemus opiniones, Unam Scleræ, per aliorum sequentium distinctionem traditam per text. in l. Nescimus ff. de excusat. tutorem, quod cesset illud legatum, quod conferitur tutori, vel curae relictum esse, non autem illud, quod relictum sit principaliter intuitu personæ, quodque aliàs etiam sine tali onere testator fuisset relicturn, atque hanc sequuntur plures etiam per Guertier, quae eam sequitur, magisque communem dicit in tractatu de tutel. par. 1. cap. 22. numer. 24., & referunt Hodiern. ad Surd. dec. 38. Capr. Latr. consil. 106. num. 24. Carp. de excus. test. lib. 2. cap. 1.

Alteram verò est opinio Lucii de Bellosa, & Romanæ, ac sequacium volentium, ut in iustissimo distinctio procedat de jure antiquo Disertissimus, sed autem attento jure novissimo Anthonii, quae hinc omnibus aurb. de haer. & falsid., quam sequuntur, ac verioribus probant Adnoch qui alios congerit lib. 4. praesumpt. 124. Surd. Baz. & alij cumulatim per Carp. dicta quest. 18. & Capr. Latr. dicta consil. 106. num. 11. cum seqq. ut scilicet indistincti dicta jure attento, si ve legatum relictum sit intuitu personæ, si ve non illud cesset, tutela non acceptata, vel recusata; Unde propterea scribens more Advocatorum, atque congestis auctoritatibus relatis per legatos, ostendere conabar, quod haec est magis communis, & recepta, proindeque nil suffragatur, an legatum praedictum diceretur principaliter relictum ob causam amoris, & benevolentiae, ut expressam; ut insistebant scribentes in contrarium.

Reflectendo autem ad veritatem, dubitandum non est, cunctæ opinionis, quæ licet magnum habeat respectum cumulum, nihilominus, ut pluries expressum, non de facili in foro recipitur; Adhuc tamen cessabat ejus applicatio ad factum, cum ea probebiter recipienda videatur in casu culposae recalcitrationis, vel respectu dimissionis, tanquam in partem ingratitudinis, quæ ita erga testatorem à legatario committi videtur, unde propterea ex praesumpta indignatione, tacita, seu praesumpta ademptione...

De L. U. de testament. et cat. 9VI

sultet, & in his terminis loquuntur dictæ opinio-
nis sequaces; Secus autem, ubi sine aliqua tutoris
culpa id proveniat, Puta ex facto ejusdem testato-
ris, [ut in præfenti], vel ob superventam adultam
ætatem, seu ex alia justa causâ, adeo ut omnino
cesset dicta ratio ingratitude, seu præsumptæ in-
dignationis, vel etiam cesset altera, quæ cõtra lega-
tarium forsân urgere posset immutata benevolen-
tiæ, seu fiducia, quia scilicet revocato isto tutore a-
lium deputasset, ex ijs, quæ cæteris allegatis habetur
plene apud *Surd. dec. 38.*; Hæc autem omnia in præ-
fenti cessabant, dũ immutatio administratoris pro-
venit à rationali motivo id committendi ejusdem
pupillæ, vel minoris sponso, ac respectivè viro.

Quare firma remanente distinctione textus, in
dicta l. *Nesennius*, quæstio erat potius facti, & ap-
plicationis quàm juris, ideoque non habens cer-
tam, ac determinatam regulam, sed pendens ex sin-
gularum casuum particularibus circumstantiis, ex
quibus pro prudentis Judicis arbitrio, ambigua di-
sponens voluntas desumenda est, ad effectum in-
spiciendi, an in una, vel altera distinctionis parte
versetur; Solaque juris disputatio cadere videtur
super statuenda præsumptione in dubio, cui scilicet
illa assistat, an hæredi, vel legatario; Idque ni-
mùm refert; Tùm ob onus probationis, quod
transferretur in eum, cui præsumptio resistit; Tùm
etiam ob pondus, seu efficaciam, conjecturarum
hinc inde colluctantium, ut in pari, vel parum in æ-
quali cõkursu potior sit conditio ejus, cui præsum-
ptio assistit; De reliquo enim quoad singularum
conjecturarum vim, & efficaciam, juxta generalem
conjecturalium naturam, fatuitas est, certam, ac ge-
neralem regulam statuere, sive conjecturas in uno
casu approbatas, vel rejicias, in quocumque alio
recipere, vel rejicere, quoniam stant benè simul, ut
aliquæ conjecturæ in uno casu, ob illius facti cir-
cumstantias essent validæ, atque in altero, ob cir-
cumstantias diversas, eadem, ac majores sint ineffi-
caces, vel è contrâ.

In dubio autem, magis communis recepta opi-
nio videtur, ut præsumptio assistat hæredi contrâ
legatarium, quod scilicet præsumatur principaliter
legatum relictum esse intuitu tutelæ per text. in
dicta l. *Nesennius*, & l. *sequ. cum concord.*, ut cæteris
cumulatis probant *Menoch. dicta præsumpt. 124.*
num. 1. & sequen. Surd. dicta decisi. 38. num. 3. *Ca-
py. Latr. dicta consulti. 106. num. 23. & sequen.*; Ea-
que probabilior videtur, ubi præsertim agatur de
extraneo, ergà quem nulla obligatio naturalis, vel
sanguinis ratio urget ad eum providendum, gra-
vando proprios filios, ergà quos regulariter major
affectio præsumitur; Ideoque in hac facti specie
dicebam, quod hæredi sufficiebat dicta juris præ-
sumptio, donec legatarius diversam voluntatem
probaret, ut infirmatur etiam *sub. tit. de servit.
disc. 50.*

In hac autem voluntate probanda; Scribentes in
contrarium satis insistebant in illis verbis, per *Se-
gno dell' affetto, cheli porta*, primo loco prolatis,
quasi quod ista fuisset principalis causa legandi;
Verùm videbatur satis levis conjectura, dum im-
mediatè, ac per copulam, in eadem ratione subjun-
cta erant alia verba, & per l. *incommodi, et fatighe*;
Potissimè, quia in eadem periodo, ac unica oratio-
ne continebantur deputatio tutelæ, & curæ, ac lega-
tum, quod potius maguè erat argumentum corresp-
civitatis; Altero etiam admiculo in contrarium
urgente per argumentum à contrario sensu dedu-
ctum apud *Menoch. cons. 3. §. 6. n. 12. & dicta præsumpt.
124. n. 11. & per Rot. deci. 636. n. 6. & 7. par. 4. rec. 10.*
Card. de Luca de Legat.

3. & in *Firmana codicillorum 1. Martij, & 15. No-
vembrii 1649. coram Cerro decisi. 250. & 349. par.
10. rec.*, ubi pro legatario consideratur, quod annu-
um legatum relictum erat ad vitam legatarij, ideo-
que testator consideravit illius durationem etiam
post expletam tutelam, vel curam, quod in præfen-
ti cessabat.

Credebam tamen, quod major probabilitas le-
gatario assisteret, ex alijs circumstantiis facti insi-
mul, ac unitim à me ponderatis, quamvis per scri-
bentes in contrarium non deductis, & in quibus
magis, quàm in verbis, semper insistendum est, pro
ambigua defuncti voluntate indaganda; Attenta
scilicet in primis amplitudine patrimonij, cujus in
unica filia fœmina, alijs legatis non multum onera-
ta, satis modicum onus erat; Ac etiam attenda
non levi affectione, quam testator vivens habebat
erga legatarium, cujus opera in omnibus ejus ne-
gotijs utebatur; Item quia postquam dictam filiam
collocaverat, ejusque viro administrationem de-
derat, ideoque sciebat cessasse onus tutelæ legatario
demandatum cum aliquo tempore supervixisset, at-
que dispositorum rectè conscius esset, dum super
eis ore tenus aliquas fecit declarationes; Attamen
nil dixit in contrarium, quibus omnibus insimul
ponderatis unà cum dictis verbis, quæ unice pro
legatario deducebantur, videbatur, quod ei ma-
jor assisteret probabilitas, undè propterea consu-
lui Anna viro, ut curaret, eo quo posset modo, con-
cordiam obtinere, ut credo sequutum.

Tunc etenim pro legati cessatione probabilius
respondendum videtur, quamvis urgerent admi-
nicula affectionis, quoadque cessante etiam causa
tutelæ, testator esset relicurus, quando scilicet tut-
or, ex ejus facto merè voluntario, tutelam acce-
ptare recuset, sive illam acceptatam deserat, adeo ut
hujusmodi actus testatori ignotus, verisimiliter di-
ci valeat causa diminutionis prioris benevolentia, ac
inductivus justæ indignationis, juxta facti cir-
cumstantias.

Ideoque in una *Firmana ususfructus* pro Beatri-
ce Vagnarella cum Anna Catalana, ejus matre, de
qua habetur actum *sub. tit. de servitutibus* ad mate-
riam ususfructus *disc. 50.* disputata in *Rota coram
Albergato*, & in qua principalis disputatio erat su-
per puncto, an legatum ususfructus uxori reli-
ctum, resolveretur in alimenta juxta consuetudin-
em *Bulgari*, vel potius importaret usumfructum
formalem, ut *Rota* credidit, magnam mihi intulit
admirationem illa resolutio; Non quidem su-
per dicto articulo, quoniam cum sit juris, ac me-
rè conjecturalis, varia esse solent ingenia, quam-
vis ab omnibus ad veritatem reflectatur.

Sed ob non curatam cessationem legati, sive uno,
sive altero modo factum esset, dum eodem contex-
tu uxor relicta fuerat tutrix communis filia pupil-
læ hæredis instituta, atque culposè tutelam dese-
ruerat ob transitum ad secunda vota; Et tamen
istud motivum in decisione neglectum fuit; Quin-
imò cum inculcatum fuisset pro obtinenda nova
audientia, id non fuit attentum, ex eo fundamen-
to in decisione deducto, quod transitus ad secun-
da vota, cessante expressa pœna caducitatis non
esset sufficiens causa ademptionis, seu cessationis
legati; Verùm hoc videbatur æquivocum clarum,
quoniam dicta legati cessatio, non deducebatur ex
solo transitu ad secunda vota, tanquam ejus pœ-
na, sed ex præsumptione cessatae voluntatis defun-
cti deducta à probabili indignatione, ob volunta-
riè desertam filia tutelam, ex culposa, parumq; vi-
o defuncto grata causa transitus ad secunda vota;
Ideoque in hac parte intellectus non acquievit,
atque

atque omnino parum probabilis visa est resolutio, licet neque illa placeret super altero puncto interpretationis legati usufructus ex deductis in dicta propria materia *disse. 50. de servit.*

IANVEN.

LEGATI

P R O

BRIGNOLIS.

Discursus pro veritate extra Curiam.

An & quando legatum factum uxori cum onere habitandi cum filijs, ob istorum mortem, vel absentiam, seu aliud impedimentum, tanquam à cessante causa legandi, cesset, necne.

SUMMARIUM.

- 1 **F** *Acti series.*
- 2 *Recepta est distinctio Decij.*
- 3 *Quando constat, quod legatum sit in gratiam filiorum, sine dubio cessat.*
- 4 *Secus è converso.*
- 5 *Quid in casu mixto, quod sit in gratiam utriusque.*
- 6 *Ubi agitur de alimentis, presumpcio est favore legatarij.*
- 7 *Idem ubi de habitatione.*
- 8 *Quod attendi debeat præponderantia.*
- 9 *Ponderantur conjecturæ favore legatarij, præsertim uxoris.*
- 10 *Declaratur, in quibus terminis ista quasi procedat.*
- 11 *Legatum habitationis est onus, & non favor.*
- 12 *De circumstantijs, ob quas sit in gratiam heredis.*
- 13 *De eodem favore heredis.*
- 14 *Matri educanti filios debentur alimenta.*
- 15 *Respondetur conjecturis assistentibus legatario, de quibus num. 9.*
- 16 *Quod mors civilis in hoc acquiparetur naturali.*

D I S C. XXIII.



DE Brignolis; in testamento mandavit, ut ejus filij hæredes instituti, in infantili, vel respectivè pupillari ætate constituti, educari deberent penes ejus uxorem, ac respectivè matrem, viduitatem tamen servantem, dictoque casu illi danda esset habitatio cum ejusdem filijs in domo designata; Cum autem duo tantum superessent filij, quorum unus de tempore mortis testatoris erat infans, vel respectivè pupillus, Alter verò major; Atque minor successivè major factus, à patria de Superiorum mandato exulare coactus esset; Hinc præterdere cœpit alter filius major, qui educationi commendatus non erat, ut resolutum esset dictum legatum habitationis ad favorem uxoris; Atque pro veritate desuper consultus.

Respondi, quod in hoc articulo, an legatum fa-

ctum uxori cum onere, vel conditione habitandi cum filijs, per istorum mortem, vel recessum tantum à cessante causa, cesset, ex veterum sententia Decij *consil. 601.*, qui in hoc distinguendi modus per moderniores communiter est receptus, et casus distinguit.

Primo nempe, ubi tale onus adjectum legato factum uxori, respiciat principaliter favorem tantum filiorum, & tunc omnes concordant, in casu te causa legandi, expiret legatum ad rem, in casu mortis in fin. ff. de cond. & demonstrat. l. si in princip. ff. de annuis legatis, Barr. Salycet. & alij in l. de legat. Ancharan. *consil. 185. & 237.* utrobique, quem post Dec. dicto *consil. 601.* in princip. accipiuntur, de quibus Menoch. lib. 4. præsumptio. 21. *consil. 146. num. 1. & 970. num. 27. & sequen. de alim. tit. 8. privi. 23. num. 8. Cyria. controu. 19. & 20. Arias de Mesa lib. 2. var. resol. cap. 20. 23. Peregrin. de fideic. art. 16. num. 148. Erard. decis. 58. num. 4. ubi adden. & tanquam abstinere admittit Rota in Ferrar. legat. 4. Ferrar. l. ram Manzanedo decis. 636. par. 4. rec. tom. 7. num. & sequen. & in Firmiana codicillarum 1. Martij. & 15. Novembris 1649. coram Cerro impress. l. 2. & 349. p. 10.*

Alter casus est, ubi respiciat solum commodum, & favorem uxoris; Et tunc converso est potius absolutum, ut mors, vel aliud impedimentum filiorum, cum quibus habitatio est demandata, nullatenus legataria præjudicet, ut apud allegatos.

Tertius est casus mixtus, quia nempe causa legandi respiciat commodum utriusque, & tunc discrepant DD.; Aliqui enim volunt, ut adhuc legatum cesset, ut ex Peregr. dicto art. 11. num. 149. Menoch. dicto *consil. 970. post n. 43.* Alij vero magis communiter tenent, ut in casu mixto præponderare debeat favor legatarij per text. in l. Cod. de legat. lib. DD. Dec. dicto *consil. 651.* quem et intelligunt admodum Peregr. sibi contrarius *consil. 38. post n. 1. lib. 2. res. cum autem, & Menoch. consil. 146. post n. 14. res. dato & c. Franch. dicta decis. 58. n. 4. cum alijs per Arias de Mesa dicto lib. 2. var. cap. 5. num. 19.* ubi statuitur, quod hæc opinio est frequentius recepta, ut recepit Rota in dicta Firmiana codicillarum 1. Martij. & 15. Novembris 1649. coram Cerro decis. 349. par. 10. rec. reprobatis in specie Menoch. dicto *consil. 970. & Cyria. controu. 50.* qui dictam controuersiam edidit in allegata Ferrar. legat. coram Manzanedo impress. decis. 636. par. 4. rec. tom. 7. in qua succubuit.

Et quædo hæc opinio favore legatarij potius aliquam difficultatem in alijs legatis, magis tamen de plano procedit, ubi agatur favore alimentorum, quibus, semper legatarij favor præponderat, licet que speciale dicitur etiam per contrariæ sententia auctores, ut deficiencia conditionis non causa illius expirationem per text. in dicta l. Cod. de legat. Barr. & l. Caio, §. Imperator de adim. leg. com. concord. per Peregr. dicto *consil. 38. num. 2. Menoch. dicto consil. 146. num. 15. & admittit dicto consil. 970. cum filijs per Arias de Mesa dicto cap. 4. num. 21.*

Cum igitur in hac facti specie ageretur de legato habitationis, quæ est pars alimentorum, ut accretunt Beron. *consil. 24. n. 8. lib. 2. & alijs, de quibus in hunc terminis per Arias de Mesa dicto cap. 2. n. 12. & cap. 6. num. 4.* hinc dictum privilegium intrare videbitur.

Deducebam ista in forma discursiva, ut intelligeretur, quid in materia DD. dicant, Mihi autem iterum detur, ut in ista, potius facti, ac voluntatis, quæ